

DE VNGVENTA, CERATA, ET EMPLASTRA PRAEPARANDI RECTA RATIONE, COMMENTARIUM XI.



*Quid Ceratum, Vnguentum, et Emplastrum
existat. Cap. I.*



ERATVM à Cera nomen desumere ad-
apertè pronunciauit Gal. lib. 10. Me-
tho. c. 9. his verbis: *Cum uti voles, O-
leum Rosaceum & Cera liquentur mista in
vasè duplici, factoque humido Cerato, huius-
modi erit, quod triplum, aut quadruplum ad Ceram Rosaceam
habet.* Attamen Ceram non solum in se continent Ce-
rata, sed etiam Vnguenta, & Emplastra, & si non
omnia; quapropter affirmandum erit hæc tria tan-
tùm inter se differre secundùm maiorem, aut mi-
norem Ceræ quantitatem, quæ habemus lib. 3. de
Comp. Med. per genera, cap. 4. sic: *Sit in Ceratis mi-
nor copia Ceræ Hieme, quàm Aestate: At si Vnguenta pro-
ponis efficere, Oleum Ceræ quadruplum miscebis: At si in
modum Emplastri, Oleum mensura pari Ceræ miscebis.* Et
Paul. Aegin. lib. 7. cap. 17. *Si Vnguina, quæ à Græcis à
levanda lassitudine Acopa appellantur, conficere constitueris,*
Oleum

Ceratum
quid.

Discrimen
inter Cera-
ta, Vng. &
Emplast.

Oleum Cerae quadruplum immittes, si medicamentum quod Emplastri figuram efficere cogitauerimus, portionem Cerae equalem, si Aer frigidus, Oleum copiosius, si calidus, minus. Et ideo Orib. 3. Synop. omnia hæc tria sub vnico nomine comprehendit: nam in hoc sequutus est Galeni vestigia, qui 7. per genera, c. 11. decreuit Emplastrum, & Vnguentum consistentia solum inter se differre. & subdit: Quare nonnulli Medicorum nomina à sola consistentia desumpta Ceratomalagmata nuncuparunt: quæ non equidem humida, duritiem verò tantam, nec consecuta, quantam Emplastra possident. Quali duritie, & consistentia donarum sit Emplastrum patefit 5. per loc. cap. 7. his verbis: Quandoquidem multi Pharmacorum, quæ illinuntur, compositiones recusant, amantq. magis Emplastra, utpote, quæ neque sudoribus abortis desuant, neque resiccata cutem circumtendant. Ab his omnibus patet Vnguenta quamdam Cerae portionem continere, Cerata maiorem, & Emplastra plurimam, atque multam, vel aliud loco Cerae, quod maximè adhaereat, ne diffuant: At multi antiquorum Vnguenta etiam illa medicamenta appellabant, quæ foris admota ex Aromatis, & Oleo cōfecta tantum erant, nulla existente Cera, sicuti Diosc. reliquit scriptum dicens: Vnguenta medicamentis mista, aut corpori perfusa, quæ odorata existunt. Sic & Cornel. Celsus qui Malagmata illa dixit. Etiam si teste Galeno lib. 7. per genera, c. 1. Malagmata Medici appellent illa, quæ partes præter naturam induratas emolliunt, non tamen exsiccet. Quod attamen à Verustioribus non fuit obseruatum; nam, vt narratur lib. 8. per loc. c. 5. Asclepiades,

Vnguenta
sine Cera
quæ.

Malagma-
ta quæ.

Ddd 2 des,

Nomē Ce-
rati, Vnguē
ti, & Em-
plastri, con-
funditur à
Mefue.

des, & Archigenes omnia pharmaca, quæ foris imponuntur, siue adstringendo densent, Emplastra, siue Malagmata appellabant. Non fuit igitur perpetuò rectus nominum priorum vsus apud Medicos seruatus, & maximè apud Mes. qui non rarò omnibus iam dictis neglectis hæc tria confundit in vnum, ita vt, Emplastra Cerata vocet, Cerata Vnguenta, & Vnguenta Emplastra dicat, sicut legentibus hoc euadet manifestum. Sic & Gal. vt 2. ad Glaucon. legitur, Emplastra appellat quædam, quæ partibus minimè adhærent, immo leuissima de causa decidunt, sicut illud quod ex Semperuiuo, corticibus Malorū Punicorum, & similium conficitur, quæ nec Ceram, nec aliud simile recipiunt. Hæc respicientes Recentiores, Emplastra tantum vocant, quæ ex Herbis decoctis, contusis, Radicibus, Cæpis, Farinis, & Oleis componuntur, vel quæ ex Tritis, Sapa, Vino, Oxy-melite, & Lixiuio, aliove liquore.

Multa Cerata, aut Emplastra, sed non hæc vltima, ad annum valida conseruantur, vt Serapio.

Multa Præcepta vniuersalia proponuntur ad viâ Cerata, Vnguenta, et Emplastra parandi attinentia, et præterea aliqua eorum differentia, vt faciliori modo Pharmacopai illa conficere non ignorent. Cap. II.

Etiamsi multa existant genera Vnguentorum, Ceratorum, & Emplastrorum maximè inter se distantia,

stantia, non solum quod ad varietatem componen-
tium, sed etiam quod ad talem ordinem ea parandi:
attamen hæc omnia multis conueniunt, quæ arbi-
tror esse numero saltem vndecim.

I. Si Trita in structura istorum recipiantur, sint
hæc in subtilissimum puluerem comminuta, & per
tenue incerniculum traiecta, Galeni non tantum
præceptum lib. 10. de comp. Med. per loc. cap. 3. qui
in Malagmate Podagricis vtili, arida tusa per an-
gustissimum cribrum trajcere iubet: quod & lib. 2.
de comp. Medic. per genera, cap. 19. confirmat, &
curiosè, & optimè alijs in locis, sed etiam Damo-
cratis, qui præterea tempus hæc iniijciendi præfi-
xit, vt 7. per genera, circa finem, sic:

Ab igne tollito, leuigatam tunc quoque

Aristolochiam insperge, &c.

II. Deposito igitur ab igne vase, vt Actuar. pla-
cet, & Paulo, & Mes. pluribus in locis, ita vt quo-
quomodo tepescant in ipso contenta, vt sunt Olea,
Pinguia, Cera, & similia imperante Gal. lib. 8. per
genera, c. 1. paulatim Trita inspergantur, suafore
Haly lib. 10. Pract. dummodo hæc Metallica non
existant, quæ talia statutis temporibus Oleo, & alijs
miscenda sunt, & maximè Lythargiri puluis, quæ
semper, si leuissima eius non sit quantitas, inchoan-
te structura, & coctione Emplastri cum Oleo poni-
tur, & confunditur. Sed post omnia Trita, Crocus,
Moschus, Gallia, Ambra, & Caphura solitariè detri-
ta addantur, aut aliquo liquore, vel Olei portiu cu-
la dissoluantur in mortario, quod Oleum efficacius,

si ca-

Trita quan-
do poneda,
& quomo-
do.

Lythargi-
rium si mul-
tū inchoate
coctura.

Caphura,
Moschus,
& Ambra
quando.

398 De vera Meth. Pharm. par.

si calidum. Sint Tritorū tres, aut quattuor ad summum vnciæ pro singula libra aliorum: etiamsi Mesue in Cerato Santalino imponat dr. xlvij. Tritorum in vna Olei libra, & interdum minorem quantitatem.

Mucagines
quando.

III. Mucagines post Lytargirum addantur, etiā si hoc ab omnibus non seruetur, sed vt plurimum ante cetera Trita, quæ prius sint colo raro traiectæ, & leuiter decoctæ.

Opium, &
Ladanum
quando.

III. Ladanum, & Opium post omnia; Gal. enim lib. 4. per genera, Ladanum ex Vino dissolutum addit; non eget enim aliqua coctione. Sic & Opium Paulo iubente.

Ceræ quan-
titas.

V. Ceræ pro qualibet Olei libra sint vnciæ tres, aut quattuor, si tempus Æstium, at interdum & sex, & octo, si Ceratum solidum, & duritie prædium conficere studemus; immo, & aliquando æqualem Olei, & Ceræ portionem assumere decernunt, præcipuè si ex Succis tantum, & Oleis componentur; at minorem, si etiā ex Tritis. Horum quædam habemus lib. 3. per genera, c. 4. ita: *Sit in Ceratis minor copia Cere Hieme, quàm Aestate: & si Vnguenta efficere proponis, Oleum Cere quadruplum immiscebis: at si in modum Emplastri Oleum mensura pari Cere miscebis. Quæ etiam sæpe à Mesue, Paulo, & Orib. probantur.*

Cera quan-
do.

Cera, cum alijs immiscetur, in minutissima frustra scindatur, vt Damocrates referente Gal. 7. per genera, c. 16. Sic & Pix, & Resina, sicuti 1. per genera, c. 22. Tempus hæc iniiciendi, vt plurimum est in principio coctionis, etiamsi alijs temporibus quoque imponantur, de quibus diligenter infra.

Omnia

VI. Omnia Pinguia, narrante Paulo, iuxta mediam coctionem adiungere debemus: etiamsi aliquando & incipiente illa.

Pingua
quando.

VII. Gummi, & similia post Ceram, & Resinā ceteris paulatim immisceantur vase ab igne remoto, quæ prius Aceto macerentur, & repida cribro, aut panno laxo traiciantur: sunt talia Sagapenum, à vulgo Serapinum dictum, Chalbanum, Ammoniacum, & Bdellium. Mesue interdum & Myrrhā Aceto dissoluebat, qui quandoque hanc, & Sagapenum Oleo, & Succis admiscere iubet, & decoquere ad succorum consumptionem, ut in Vnguento de Arthanita, quæ omnia, ut experientia demonstrat, optimè uniuntur; at non solum Aceto Gummi, & quosdā Succos concretos dissoluunt autores, sed etiam Decoctis, alijsve liquoribus, immo interdum & Oleo, ut Euphorbium, quod imperante Galeno, pistillo læuigeretur, quæ omnia à Pharmacopæis seruentur.

Gummi
quando.

VIII. Sit Ignis, quo hæc decoquuntur non admodum vehemens, nec adurens; sed potius lenis, lentus, perpetuus tamen, quod cecinit Damocrates narrante Gal. 7. per genera his dictis:

Ignis qualis.

Igni non acri, sed assiduo coque.

Cuius sententiæ subscribit Mes. pluribus in locis.

IX. Coquantur vase stanno illito, ut Mes. ubi de Vnguento Palmeo, vel vase fictili, aut olla, ut Damocrati placet, relatore Gal. 7. per genera, aut duplici vase; sic enim solebant omnes Vnguenta parare, ut scribitur 3. per genera, cap. 8.

Vasa quæ.

Dum

X. Dum hæc aguntur, perpetuò, & diligenti manu Spatha, aut Rudicula agitur, & subigantur, ut in vnum coeant, & crassescant, mandatum est Gal. lib. 1. per genera, c. 2. qui hæc: *Spatha ex Thedarum ligno assiduè agitentur, ne subsideant, & ne comburantur.* Et Damocrates, ut Gal. 5. per genera, c. 5.

Spatha atque Medicamentum agitando sedulo.

Quantitas.

XI. Mediocri componantur quantitate, sed potius pauca præsertim Hieme, ne arescant, & lapidea fiant, ut 4. per genera, cap. 5.

Illa, quæ substantia sunt crassa, & ita cocta, ut manus non inquinent, in mortarium, aut vas Aqua semiplenum versentur, ut Orib. 3. Synop. vel Vino, sicut Gal. 2. per genera, qui multa immergit, immo interdum in mortario hæc tundere iubet, ut in illis legitur libris: postea in Lobulos formentur, vel manibus Oleo inunctis, ut 5. de comp. per genera, quod seruetur ab Act. Ser. xv. sæpe dicens: Manibus subactum in massam redigatur.

Differetia
varia Vng.
& Emplast.

Cum multiformia, & varia describantur à Maioribus nostris Vnguenta, Cerata, & Emplastra, quorum compositiones impossibile est sub vnica methodo præparandi contineri, arbitratus sum hæc distinguere in quinque genera.

I. Horum quædam ex Cera, Oleo, & Tritis non raro aliquo liquore socio, & pinguedine componuntur.

II. Quædam ex Cera, Oleo, Gummi, Pinguedine, Resina, & Tritis, in quibus non raro Resina, & similia locum Cerae tenent.

Aliqua

III. Aliqua ex Cera, vel alio vicem eius subeunte, Oleo, Pinguedine, Mucagine, Succis, aut Decocto, Gummi, & Tritis.

III. Nonnulla ex Cera, Mucagine, Oleo, Metallicis, Pinguedine, Gummi, & Tritis parantur.

V. Et denique inueniuntur aliqua, quæ nomine Vnguenti, & Emplastri decorantur, quæ nullam Ceram recipiunt, immò horum quædam nec Oleum, nec Mucaginem, nec Gummi recipiunt: sed aut Mel, aut Sapam, aut Acetum, aut Miuam, aut Lixiuum in sui structura admittunt; de quibus omnibus sermonem satis longum habebimus.

PRIMUM GENVS EST

De Emplastris, aut Vnguentis, aut Ceratis, quæ in eorum compositione Ceram, Oleum, interdum aliquem liquorem, Pinguedinem, necnon etiam Resinam, et similia, et tandem Trita admittunt. Cap. III.

Primum genus illorum, quæ foris admouentur, loquor de illis, quæ aliqua crassitie donata sunt, quæ Ceram, Oleum, Trita, & interdum Resinam, & Pinguedinem, & similia recipiunt, hoc modo pareretur.

Cera in minimas partes dissecta, & Oleum simul liquecant semper agitando.

Remoueantur ab igne, & trita diligenter & creta paulatim inspergantur.

Ecc At

At si aliquod pingue compositio recipiat, cum Oleo, & Cera liqueſcat, ſic & Pix, & Refina, & Terbinthina.

Si Succum, aut Vinum, aut Decoctum, bulliant hæc cum Oleo tantum ad eorum exhalationem, cui poſtea Cera addatur, & reliqua ſimilia, & denique Trita perpetuò miſcēdo, ne in vnum cogantur, ne adhæreant vaſi, ne reſideant, aut ne adurantur.

Si inter Trita ſit Caphura, aut Moſchus, aut Crocus, optimè per ſe læuigata poſt omnia inijcian-
tur, aut ceteris tritis immiſceantur.

Hæc omnia hac methodo inſtituta fuerunt à gra-
uioribus Medicis; nam Ceram, & Oleum ſimul li-
quefacienda eſſe decreuerunt Meſ. Auic. lib. 5. c. 12.
Celfus, & alij Scriptores. Cera multa in fruſtula mi-
nutiſſimè incidatur, vt Damocrates Gal. referente
lib. 7. cap. 17. per genera. Poſtea depoſito ab igne
vaſe, vt Paulo, Actuar. & Meſ. placet, ita vt in ipſo
contenta quoquomodo frigefcant, ſicuti legitur
8. per loc. c. 1. Cetera Trita lubrili incerniculo tra-
iecta, & læuigata illis admiſceantur, quæ paulatim
inſpergenda veniunt, & forti brachio miſcenda,
donec vniantur, Haly documentum lib. 10. Practi-
cæ. Si Liquores, aut Decocta, aut Succos in ſui ſtru-
ctura recipiant, bulliant cum Oleo ad eorum con-
ſumptionem, vt Paul. cap. 19. quod litteris tradidit
non raro Meſ. deinde Cera addatur, antequam e-
tiam Butyrum, & Pinguedines Oleo inijcian-
tur, vt Serap. lib. de Antid. & 2. per genera, cap. 17. vnà
cum Cera adiungere poſſumus Refinā, ſicuti 1. per
genera,

genera, cap. 17. & Picem 2. per genera, cap. 18. & Te-
rebinthinam & Seuum, vt 7. per genera, cap. 12. cui
opinionem assentiunt Actuar. & Paul. lib. 7. Denique
Pulueres cum Farinis, si mandata Orib. 3. Synop.
Ser. lib. de Antid. Act. & Actuar. sequi volumus.

*Ceratum Santalinum Mes. et Exercitatio, quod
aliqui Vnguentum dicunt.*

Rx. Rosarum, i. Rubearum drach. xij.
Santalorum Rub. drach. x.
Santali Albi,
Citrini ana drach. vj.
Boli Armeni drach. vij.
Spodij ex Ebore vltro parato drach. iij.
Caphuræ drach. ij.
Cerae albæ drach. xxx.
Olei Rosati lib. j.

Ingréd. ix.

Quæ duo si lauentur, fiet præstantius. Mes. Cē-
ra minutim dissecta, & Oleum simul liquecant;
deinde remoueantur ab igne, & addantur omnia
trita subtilissimè, atque creta, inter quæ Caphura
solitaria læuiget, & post omnia addatur, aut
cum alijs tritis accuratè permisceatur, paulatim
hæc in liquata proijcianur perpetuò pistillo agi-
tando, donec in vnum frigesacta coeant.

*Ceratum Oesypatum Gal. referente Mesue
et Exercitatio.*

Rx. Cerae flauæ vnc. iij.

Ecc 2 Olei

404 De vera Meth. Pharm. par.

Olei Chamæmel.

Iriani ana vnc. vj.

Mastiches vnc. j.

Spicæ Nardi drach. ij. β.

Croci drach. j. β.

Terebinthinæ vnc. j.

Resinæ vnc. β.

Oesyphi drach. lxxx.

Incred. ix.

Olea, Terebinthina, Resina, Cera, & Oesyphus fr-
mulliquanda, & si impura colo traijcienda, quibus
Mastiche, Spica, & Crocus per se trita, & simul con-
fusa addantur, vt superius diximus.

Ceratum Galeni Stomachicum

relatore Mesue.

R̄. Rosarum,

Mastiches ana drach. xx.

Foliorum siccorum Absinthij drac. xv.

Spicæ Nardi drach. x.

Ceræ vnc. iiij.

Olei Rosati lib. j. β.

Incred. viij.

Cera, & Oleum liquentur, & Aqua Rosarum diu
lauentur, iterum liquentur, & lauentur Vino vete-
ri, & austero, succo Cydoniorum, & Aceto pauco,
postea misceantur reliqua tenuissimè trita, et fiat
Ceratum. Mesue. Pauci sunt, qui hæc omnia ser-
uent.

Vnguen-

*Vnguentum ad Scabiem expertum Mesue,
et eius Exercitatio.*

℞. Axungia, scilicet Porcina vnc. v.
Olei Laurini,
Argenti Viui, i. Hydrargiri,
Cera puræ,
Mastiches,
Thuris albi ana vnc. ij.
Salis communis vnc. viij.
Succi Fumariæ,
Plantaginis ana q. s. vt lib. β. *Ingr. ix.*

Ceram, Axungiam membranulis purgatam, et
Oleum Laurinum cum Succis coque simul in vase
stannato; tunc adde puluerem Salis, Mastiches, et
Thuris, cum percoctum erit, et ab igne ablatum,
adde Argentum Viuum Salina extinctum, et pau-
co Olei Laurini, spata diu misce. *Mes.*

Vnguentum Basilicon Maius Mesue.

℞. Cera albæ,
Resina Pini,
Seui Vaccini,
Picis Glutin. i. Picis Naualis,
Thuris,
Myrrhæ partes æquales.
Olei quantitatem idoneam. *Ingr. viij.*
Quæ

406 De vera Meth. Pharm. par.

Quæ procul omni dubio sumenda venit à quantitate Cerae, vt si vnciæ tres, vna sit Olei libra, componatur, vt est artis.

*Aliud Magnum Basilicon Mesue,
quod est in usu.*

Rx. Cerae vnc. vj.
Picis vnc. iij.
Resinæ Pini,
Seui vaccini,
Thuris,
Myrrhæ ana vnc. j. β.
Oleum q. s. videlicet lib. ij. Ingr. viij.

Fiat Vng. Nescio, cur dicatur Vnguentum, & non Ceratum, cum Ceram in se recipiat, & copiosam; & cur non dicatur Emplastrum, cum in sui compositione existant Resina, Pix Naualis, & Thus, quæ sunt in causa, vt hoc genus Pharmaci partibus adhæreat: sed vt dixi, à Mes. hoc non seruatur.

Basilicon Minus Mesue.

Rx. Resinæ,
Picis,
Cerae ana partes æquales.
Olei quantitatem idoneam. Incred. iij.

Galenus etiam descripsit hoc Vnguentum lib. 2.
Facul.

Facul. Simpl. vbi de Pinguedine sub nomine Tetra-
pharmaci, sic:

Rx. Ceræ,
Resinæ,
Picis,
Adipis Vaccini ana vnc. ij. *Ingr. iij.*
Fiat, vt est artis, Vnguentū, vel potiūs Emplastrū.

*Ceratum refrigerans Galeni, quod describitur
lib. 10. Meth. cap. 9.*

Rx. Ceræ albæ vnc. iij.
Olei Rosati Omphacini vnc. ix. vel xij. *Ingr. iij.*

Liquentur duplici vase, quod postquam fuerit
refrigeratum, misceatur ei tantum aque, quantum
in se, dum cum ea mollitur, accipere possit, quæ
quidem aqua sit frigidissima, abundè autem Cera-
tum refrigerabis, si totum vas, in quo contine-
tur, in aquam frigidissimam dimittas, quod si A-
ceti quoque admodum tenuis, ac clari paululum a-
dijcere velis, vtrique magis adhuc refrigerans, &
humectans medicamentum efficies. Hæc Galen.
Mesue Ceratum hoc lauandum diu, ac subigen-
dum Aqua decreuit, sic & Aceto. Rarò repèri-
tur apud Sepiasarios perfectum, cum pauci eo-
rum Oleum Rosatum Omphacinum conficiant,
nec duplici vase illud liquent, nec exquisitè refri-
gerent.

Seplasiario
rū aliquorū
errores.

Vnguen-

408 De vera Meth. Pharm. par.

*Unguentum ex Alabaſtro, quod eſt in uſu, raro
enim illud, quod deſcribitur à Nicolao
Mirepſio à Medicis imperatur.*

Rx. Alabaſtri ſubtiliter triti lib. j.
Comarum Feniculi recentis cū ſeminib. vn. iij.
Florum Chamæmeli recent. vnc. viij.
Rutæ virentis vnc. ij.
Summitates recentes Rubi tenellas nu. lxxx.
Olei Roſati lib. iij.
Ceræ albæ vnc. viij.
Vini albi lib. circiter ij. *Incred. ix.*

Herbæ omnes contundantur diligenter, quibus
Cera, Oleum, Alabaſtrum, & Vinum admiſcean-
tur, & bulliant ad humoris conſumptionem, colen-
tur, & exprimantur, expreſſo adde tria Oui albumi
na curioſè agitata, & diligenter miſceantur.

Unguentum Comitiffæ Varignana.

Rx. Corticum mediarum Glandium,
Corticum mediarum Caſtanearum,
Corticum mediarum arboris Quercus,
Baccarum Myrti,
Caudæ Equinæ,
Gallarum,
Corticum Fabarum internarum,
Accinorum Vuarum ana vnc. j. β.
Calyculum

Calycum Glandium,
 Sorborum immaturorum exsiccatorum,
 Mespilorum acerborum siccorum,
 Foliorum Capparis,
 Foliorum Prunioli siluestris,
 Radicum Chelidonii ana vnc.j.β.
 Decocti Plantaginis q. s. vt lib. ix.

Contundantur crassiuscule, & decoquantur in
 sufficienti quantitate Decocti Plantaginis ad dimi-
 dij consumptionē, cola, & in dicta colatura abluan-
 tur nouem vicibus, Decoctum semper innouando;
 deinde addantur

Olei Myrtini lib. j. & vnc. iij.
 Ceræ vnc. viij. β.
 Postea simul liquecant cū Olei Mastichini non
 abluti lib. j. & vnc. iij.
 Quibus admisceantur diligenter trita, atque cre-
 ta hæc, scilicet
 Corticum med. Glandium,
 Cort. med. Castanearum,
 Cort. med. Quercus arboris ana par. vnam, sci-
 licet vnc. j.
 Gallarum,
 Succi Hypocistidis,
 Cineris ossium cruris Bubuli,
 Baccarum Myrti,
 Acini Vuarum,
 Sorborum siccorum ana par. β. scilicet vnc. β.
 Trochiscorum Succini, idest de Charabe par. j.
 scilicet vnc. j.

Ingr. xxxviij.

Fff

Et

410 De vera Meth. Pharm. par.

Et fiat Vnguentum, quod potius Ceratum vocandum venit.

Unguentum Defensuum Magistrale.

Rx. Boli Armeni,
Sang. Draconis,
Terræ Sigillatæ ana vnc. j.
Olei Rosati vnc. vj.
Cera vnc. j. β.
Aceti drach. vj. *Ingr. vj.*

Cœquantur Oleum, Cera, & Acetum ad eius consumptionem, postea cetera lauigata addantur.

Unguentum de Minio, seu Sandice.

Rx. Olei Rosati lib. ij.
Seui Hircini vnc. ij.
Cera albæ vnc. vj.
Minii vnc. ix. *Ingr. iij.*

Fiat Vnguentum, vt est artis. Si cupis esse Caphuratum adde Caphuræ drach. tres Oleo dissolutæ.

Unguentum de Cerusa ad mentem Rhasis.

Rx. Cerusæ, scilicet lotæ lib. β.
Caphuræ drach. ij.
Olei Rosati lib. j.
Cera vnc. iij. *Ingr. v.*
Conf-

Conficiatur Vnguentum secundum artem, cui admisceantur Oui albumina tria accuratè agitando, cum frigidum fuerit.

Vnguentum de Calce Simplex, quod est in usu.

Rx. Olei Rosati Omphacinilib. j.

Calcis nouies lotæ,

Ceræ albæ ana vnc. iij.

Incred. iij.

Fiat Vnguentum.

Vnguentum è Resina, quod à multis Citrinum appellatur, et Rasinum.

Rx. Olei optimi lib. j. & vnc. iij.

Resinæ Pini,

Ceræ citrinæ,

Terebinthinæ ana lib. j.

Incred. iij.

Omnia simul liquecant, & colentur.

*Vnguentum Viride Andromachi referente Gal.
lib. 2. per genera, cap. 2.*

Rx. Resinæ Pini lib. ij.

Ceræ lib. j.

Olei communis cyathos binos, scilicet vt Paul.
vnc. iij. quod pender vnc. ij. & dimidiam.

Æruginis Æris vnc. iij. alii duas. *Incred. iij.*

Paretur liquefactis, quæ liquari possunt: deinde

Fff 2 Ærugo

Ærugo inspergatur : quidam vbi refrigerauerint ,
mox raserint , in mortario misturam moliuntur .
Hæc Galen.

*Vnguentum Viride , quod est in usu ,
appellatum Damascenum.*

℞. Vnguenti , è Resina lib. ij.
Viridis Æris vnc. j. *Ingred. ij.*

Liquefacere oportet Vnguentū continuò permi-
scendo, cui liquido, & ab igne remoto Viride Æris
admisceatur diligenter.

*Vnguentum Citrinum Nicolai Mirepsij ,
vel de Pomo Citri.*

℞. Boracis mineralis vnc. ij.
Corallii albi vnc. ℞.
Amianti, scilicet Aluminis è Pluma, vel Alumi-
nis Scissilis,
Vmbelici Marini, loco eius Alba Conchyliæ,
Tragacanthæ,
Amyli,
Enthalii, loco eius Purpura Marina,
Denthalii, loco eius Buccinulæ albæ, à vulgo
Porcelletæ,
Thuris,
Nitri, scilicet cōmunis, aut Salis vsti ana dr. iij.
Marmoris albi, loco eius Alabastri drach. ij.
Caphuræ

Caphuræ drach. j.

Gerfæ Serpentarię vnc. j.

Cerufæ drach. vj.

Axungia Porcinæ recentis q. s. vt lib. j. circiter.
Omnia diligentissimè trita secundùm artem Axungia admisceantur in mortario agitando curiosè, quæ postea in Citris medulla interna priuatis decoquantur, ab ipsis extrahatur, & seruetur Vnguentum. His addit Nicolaus Salernitanus

Seui Caprini vnc. j. β.

Adipis Gallinacei vnc. j.

Ingred. x. vij.

Quæ cum Axungia liquefcant. Gerfa Serpentaria sicparetur. Sumentur Serpentariæ radices vere, in frustula scindantur, & exsiccentur, & in puluerẽ redigantur, ex quo Pastilli aqua Rosacea fingantur, postea macerentur illi iam exsiccati aqua Rosacea, quod vigesies reiteretur: & postremò exsiccentur. Ni fallor paucissimos arbitror adinueniri Seplasiarios, qui hæc agant.

Gerfa Serpētaria quo modo fiat.

Error Seplasiar.

Vnguentum Agrippæ Regis, Nicolai Salernitani.

℞. Radicum Brionia lib. ij.

Radicum Cucum. siluest. lib. j.

Scillæ lib. β.

Ireos vnc. iij.

Radicum Filicis,

Radicum Ebuli,

Tribulorum aquatici ana vnc. ij.

Olei

414 De vera Meth. Pharm. par.

Olei puri candidi lib. iiij.

Ceræ albæ lib. j.

Incred. ix.

Radices omnes recentes incidantur, & contundantur, sic & cetera, & per dies octo in dicto Oleo macerentur, colentur, & exprimantur, expresso consumpto addatur Cera minutim incisa, & simul liquefiant.

Unguentum Pectora leniens, seu Pectorale.

Rx. Iridis drach. ij.

Croci drach. β.

Olei Amigdal. dulc. vnc. v.

Violari,

Chamæmelini ana vnc. iiij.

Adipis Gallinæ recentis vnc. ij.

Ceræ albæ vnc. iiij.

Incred. viij.

Cera, Adeps, & Olea in vnum liquefiant, postea in vase aliquo septies abluantur aqua Hordei, aut Maluæ, quibus adde Iridem, & Crocum subtiliter solitariè tritum.

*Unguentum Aragon Nicolai Salernitani,
vel Præpositi.*

Rx. Rorismarini,

Maioranæ,

Radici Ari, idest Serpentariæ,

Serpilli ana vnc. iiij. β.

Rutæ,

Rutæ,

Radicum Cucum. agrestis ana vnc. iij. β.

Foliorum Lauri,

Saluiæ,

Sabinæ ana vnc. iij.

Pulicariæ maioris, i. Conyza, & minoris ana vnc. iij.

Radicum Bryoniæ,

Laureolæ, i. Daphnoides Diosc. vnc. ix.

Foliorum Cucumeris siluest.

Nepitæ, vel Calaminthes siluestris ana vnc. vj.

Mastiches,

Thuris ana drach. vij.

Piperis,

Euphorbii,

Pyrethri,

Zingiberis ana vnc. j. alii drach. j.

Adipis Vrsini,

Olei Laurini ana vnc. iij.

Olei Moschelini, eius loco de Spica Nardi vn. β.

Petrolei, idest de Naphtha Diosc. vnc. j.

Butyri vnc. iij.

Olei communis lib. v.

Ceræ lib. j. & vnc. iij.

Incred. xxviii.

Radices, & Herbæ recenter collectæ in Oleo macerentur septem diebus, coquantur ad humoris consumptionem, per colum traiciantur, Cera addatur, Butyrum, Adeps, Oleaq. & tandem cetera alia curiosè detrita: prius tamen Simplicia illa recentia dilacerentur, & pistillo buxæo terantur.

Vnguen-

Vnguentum Martiatum Nicolai Salernitani.

R $\acute{x$. Cerae albæ lib. ij.
 Olei lib. viij.
 Rorismarini, vel Libanotis,
 Foliorum Lauri ana vnc. viij.
 Rutæ vnc. vij.
 Tamarisci vnc. vj.
 Ebuli,
 Sabina, *Sabinæ*,
 Saluæ, Lisfagi Arabicè,
 Balsamitæ, Momordicæ, vel Caranzæ,
 Ocymi Basilic.
 Polii,
 Calaminthes,
 Arthemisia,
 Enulæ,
 Betonica,
 Brancæ Vrsinæ,
 Spargulæ, idest Rubec minoris,
 Herbæ Venti, idest Parietariæ,
 Pimpinellæ,
 Agrimonii,
 Absinthij,
 Herbæ Paralysis, Verbasci species,
 Herbæ Sanctæ Mariæ, i. Persicariæ,
 Cymarum Sambuchi,
 Herbæ Crassulæ, i. Fabæ crassæ, vel Telephii,
 Millefolii ana vnc. iiij. β .

Semper-

Semperuiuæ,
 Plantaginis maioris,
 Chamædryos,
 Centaureæ,
 Centumneruiæ,
 Fragulæ, i. Fragariæ,
 Terrahit, idest Herbe Iudaicæ, aut Orobi, vel
 Virgæ Aureæ,
 Quinque folii ana vnc. iiii. β.
 Radicum Altheæ,
 Cimini,
 Myrti ana vnc. iiii.
 Fænugræci vnc. j. β.
 Fol. Vrticæ,
 Violarum,
 Papaueris albi,
 Menthe Saracene,
 Mentæ Crispæ,
 Lapathioli,
 Polytrici,
 Cardōcelli, à Græcis Erigerō, à Lat. Seneciū,
 Matrisilue,
 Maturellæ, idest Valerianæ.
 Herbæ Moschatæ, idest Rostri Ciconiæ,
 Alleluiæ, idest Trifolii acidi,
 Linguae Ceruinæ, i. Phyllitidis,
 Crispulæ, idest Oculi Bouis,
 Camphoratæ, idest Abrotani,
 Styracis Calamitæ,
 Medullæ Ceruinæ ana vnc. β.

G g g

Butyri

Butyri vnc. j. β.

Adipis Vrsini,

Gallinacei,

Mastiches,

Thuris ana vnc. j.

Olei Nardini vnc. ij.

Vini albi odorati, quantitatē idoneā. *Ingr. lxiij.*

Omnes Herbae, & Radices mense Maio colligantur tertia hora diei, contendantur, incidantur, & dilacerentur, Vino odoro per septem dies macerentur vnā cum Fænugræco; deinde bulliant, & cum incipit Vinum absumi, Oleum addatur, & coquantur ad consumptionem Vini, colentur, & exprimantur, & Herbae proiciantur; colato adde Styracem, dum ebullit, Axungiam, Thus, Adipes, Mastichē, Oleum Nardinum, & Ceram continuò *spatha* miscendo; remoueatur ab igne, & seruetur. Nicol. Alii remouent ab igne liquata omnia vnā cum Cera, & addunt Mastichem tritam, atque Thus, & Styracem cum aliqua Olei portione calidi, in mortario dissoluunt. Melius fortè esset, dico fortè, ne repugnem Autoris dictis, expressum Oleo admiscere Herbis reiectis, ne maximā partem Olei absorbeāt.

Martiatum Minus.

℞. Foliorum Lauri lib. iij.

Rutæ lib. ij. β.

Amaraci, idest Maioranæ lib. ij.

Rorif-

Roris marini lib. j. β .
 Foliorum Myrti lib. j.
 Ebuli,
 Balsamitæ,
 Basilici, f. Ocymiana vnc. vj.
 Styracis vnc. iij.
 Mastiches vnc. iij.
 Thuris vnc. ij. β .
 Butyri vnc. v.
 Medullæ Ceruinæ,
 Adipis Ursini,
 Gallinacei ana vnc. iij.
 Olei Nardini vnc. iij.
 Olei communis lib. vj.
 Cere flauæ lib. j. vnc. viij.
 Vini albi odor. q. s. *Incred. xvij.*

Paretur, vt superius: Quidam repugnantes Scri-
 ptoris placitis nulla necessitate ducti augent Olei
 quantitatem ad lib. viij. & in primo ad x.

Error ali-
 quorum.

*Emplastrum de Euphorbio Galeni lib. 6. Methodi
 cap. 2. et modus parandi ipsum.*

$\mathcal{R}$. Cere partem vnā,
 Terebinthinæ,
 Picis ana partem dimidiam,
 Euphorbii duodecimam partem vnus par-
 tis. *Incred. iij.*

Ggg 2 En-

Euphorbia
 cu Oleo
 fillo
 lino

Euphorbiū
cū Oleo pi
stillo lique
scit.

*Euphorbium cum Oleo pauco contundens, ac ad sordium
spissitudinem redigens, mox reliquis post liquationem refri-
geratis terens misceo. Gal.*

*Emplastrum Diabotantum, idest ex Herbis,
Critonis, referente Gal. lib. 6. per
genera, cap. 2.*

℞. Anagallidis ceruleum florem habentis, idest
Paparinæ à vulgo,
Papaueris Ceratidis, idest Erratici,
Alterci foliorum tenerorum, idest Hyoscyami
ana den. lvj. idest drach. vi Gal.
Hæc in pilam, seu mortarium coniecta, terun-
tur, quousque confusa sint, ac dissoluta duntaxat,
ne eorum succus absumatur. In alio autem morta-
rio habentur

Squammæ Aris rubri den. xxv.
Mannæ, scilicet Thuris den. lvij.
Resinæ ficcæ den. xvj.
Aloes den. xvj.
Aluminis Scissilis, & Rotundi ana den. iiij.

Hæc in Sole læuigantur cum Aceto, vt sordium
crassitudinem habeant. Deinde Herbæ mistæ, do-
nec probè cocant, teruntur. Postea Ceratū facito ex
Cera Chiæ den. c.

Olei veteris hemi. ij. idest vnc. xv.
Hæc Galenus. *Ingræd. xij.*

Procul dubio prius Cera, & Oleum liquanda si-
mul veniunt, & cetera addenda illis, & cum Herbæ
detritæ,

detritæ, & contusæ in hoc Emplastro recipiantur, non erit fortè absurdum succum ab ipsis elicere, & cum Oleo ipsum decoquere, vsquequo absumatur; mox Ceram addere, & cetera alia, & Emplastrum parare.

Ceratum è Cerusa.

R̃x. Cerusæ tritæ, & læuigatæ lib. ij.
Olei Rosati lib. j.
Caphuræ drach. ij.
Ceræ vnc. iij. *Ingred. iij.*

Fiat Ceratum, vt est artis; post omnia adde Caphuram tritam, vel Oleo dissoluatur.

Ceratum Capitale, quod de Betonica dicunt aliqui.

R̃x. Betonicæ,
Matrisfiluæ, idest Periclymeni Diosc.
Saluigæ ana vnc. j.
Aristolochiæ vnc. β.
Ceræ flauæ,
Resinæ Pini ana vnc. vj.
Terebinthinæ vnc. iij.
Olei Abietini vnc. ij.
Gummi Elemi vnc. j.
Vini albi q. s. *Ingred. x.*
Herbæ, & Radix macerentur Vino; deinde cetera addantur. Gummi dissoluatur aliqua Terebinthinæ

422 De vera Meth. Pharm. par.

thinæ portiuncula. Vino absumpto colentur, & exprimantur, & fiat Ceratum, quod potius Emplastrum dicendum erit.

Vnguentum digerens, vel Digestivum dictum.

Rx. Olei Rosati,
Terebinthinæ ana lib.j.
Ceræ albæ vnc. iij.

Ingred. iij.

Liquefcant simul, & abluantur aqua Hordei, aut Plantaginis; si vigorosius, succo Absinthii.

Aliud.

Rx. Terebinthinæ vnc. iij.
Vitell. Ovorum n. ij.
Farinæ Hordei vnc. j.
Crocī script. ij. Misce.

Emplastrum Diaphænicon Mesue.

Rx. Dactylos ficos n. xl.
Panis biscocti drach. v.
Carnis Cydoniorum Vino coctorum vnc. j.
Cerati ex Ceræ vnc. ij.
Olei Rosati, & Nardini facti ana vnc. iij.
Mastiches,
Thuris,
Absinthii Romani sicci, i. communis a. dr. ij. β.
Aloes,

Aloes,
 Macis,
 Calami Aromatici,
 Spicę Nardi,
 Myrrhę,
 Acacię,
 Gallię, idest Moscharę,
 Ramich, i. Trochiscorum Ramich ana dr. j.
 Ladani drach. ij. *Ingred. xvij.*
 Dačtyli, & Panis biduo Vino odoro maceretur,
 post cum carne Cydoniorum multum terantur, de-
 inde cerato misceantur tundendo in mortario, de-
 nique cetera trita, verum tundendo illis addantur,
 perfectęq. misceantur. Satius erit Mastichen, & La-
 danum Cerę, & Oleo miscere, (quibus aliquid a-
 quę addatur) vtendi tempore suffiatur Xiloaloe.
 Mesue. Dačtili, vt iam diximus, vbi de Fructibus,
 prius nucleis priuentur, & membranulis, & cum
 Pane, & Cydoniorum carne per cribrum transmit-
 tantur. Ladanum Vino dissoluatur.

SECVNDVM GENVS EST

*De illis, quę Ceram, Oleum, Pinguedinem, nec-
 non etiam interdum Resinam, et similia,
 Gummiq. recipiunt. Cap. III.*

Ordine seruato præcedenti cap. tertio instituto,
 post Ceram, Adipem, & Resinam vase ab igne re-
 moto, & modicę refrigerato, Vnguento Gummi
 iniician-

424 De vera Meth. Pharm. par.

iniiciantur disrupta, & Aceto, aut alio liquore dissoluta, & per rarum cribrum traiecta: Hęc aut nullam, aut paucam ferunt ebullitionem; vt plurimum enim in vnum coguntur, & vniuntur: sed potius indigent longa agitatione, vt alijs misceantur. Et hęc sunt agenda, quotiescumque non repugnetur placitis Antiquorum Scriptorum; Mef. enim in Vnguento Ciclamini, i. de Arthanita imperat Sagapenum, & Myrrham dissoluta tamen in Decocto cum Oleo ebullire, & tandem Ceram addi. Pręterea Gal. 2. per genera, cap. 9. Ammoniacum, & Chalbanum iubet lentę coquenda esse. Et Mef. in Vng. Cerafcos, hęc: *Misce Ammoniacum, & Bdellium Aceto soluta redde igni, & coque ad iustam crassitiem.* Sed decoquebat fortę, non ebulliendo, sed euaporando. Post Ceram, & Resinam imponit Gummi, vt 2. per gen. cap. 18. scribitur, Gal. prius Aceto dissoluta, cuius verba: *Post Ceram, & Resinam, Chalbanum, & Opoponacem ex Aceto.* Et Damocrates, sicuti 7. per genera circa finem hęc:

Cera, & Pitymia, quibus liquatur Ollula

Ab igni feruens tollitur, tunc protinus

Ammoniacum, &c. Et cap. 12. Chalbanum.

Sed non omnia eodem tēpore alijs admiscenda veniunt: nam Ammoniacum circa mediam coctionem iniicitur, Opoponax multo post Ammoniacum, Chalbanum post omnia; neutiquam enim coctionem tolerat, & Sagapenum immiscetur alijs, cum ab igne vas sublatum. Hęc Paul. Dissoluenda esse semper Gummi decreuit Orib. 3. Syn. Serap. lib. de Antid. Paul. & Gal. 3. per genera, sic:

Ex

Gūmi dissoluantur
Aceto.

Ex Aceto, & citra ignem liquefacere iubet Ammoniacum, Sagapeniliquorem, Opoponacem, Chalbani, sic & Thus, vt 2. per genera. ita & Bdelliū Mes. per diem, & noctem. At non tantū hęc dissoluebat Gal. sed omnia, quę liquari, ac macerari possunt, vt Aloe, & non semper Aceto, sed etiam alio liquore, quę paulatim addantur diligentissimē miscendo.

Emplastrum de Meliloto Mes. quod est in usu.

Rx. Florum Meliloti vnc.vj.
 Florum Chamæmeli,
 Comarum Absinthii,
 Sampsuchi, i. Maioranæ,
 Fēnugræci,
 Baccarum Lauri,
 Radicum Altheæ ana drach. iij.
 Sem. Apii,
 Ameos, in eius def. Ciminum,
 Cardamomi,
 Ireos,
 Cyperi,
 Spicæ Nardi,
 Casie ana dr. ij. β.
 Ammoniacy drach. x.
 Styracis,
 Bdellii ana drach. v.
 Terebinthinæ vnc. j. β.
 Ceræ vnc. vj.

H h h Ficus

Ficus pingues xij.
 Seui Caprilli,
 Resinæ ana vnc. ij. β .
 Olei Sampsuchini, i. de Maiorana,
 Olei de Spica ana q.s. v. lib. j. alij vn. v. Ingr. xxv.

Aquæ, cui incocta fuere Fenugræcum, Chamæ-
 melum, & Melilotus, quantum erit satis aliorum in-
 fusioni. Mes. Trita reddantur omnia, Gummi in
 Decocto infundantur, & macerentur, Olea, Cera,
 Seuum, Terebinthina, & Resina in vnum liquefcât,
 quibus dissoluta illa addantur semper miscendo,
 deinde Ficus tritæ, & per cribrum traictæ, & pulue-
 res. Hoc me iudice, si propriè loquendum venit,
 Emplastrum non est dicendum, cum minimè par-
 tibus adhæreat; sed pauco tempore friabile factum
 decidat.

*Emplastrum, seu Malagma Andromachi ex
 Meliloto à Gal. lib. 8. secundum loc.
 descriptum. Cap. V.*

℞. Nardi Celticæ drach. viij.

Cyperī,

Iridis Illyricæ,

Myrrhæ ana drach. viij.

Croci drach. iiij.

Meliloti, i. florum eius drac. xxv.

Ammoniæ Thymiamatis drac. l.

Terebinthinæ drach. l.

Ceræ

Ceræ drach. c.

Olei Cyprini, eius loco de Spica dimidium he-
minæ, scilicet vnc. iij. β. d. ij.

Aceti quod satis est ad Gummi dissoluendum.

Fiat, vt est artis, Emplastrum. *Ingr. xj.*

Vnguentum de Bdellio Mesue.

℞. Bdellii drach. vj.

Euphorbii,

Sagapeni ana drach. iij.

Castorei drach. iij.

Ceræ drach. xv.

Olei Iasmini, aut Leucoij lutei, f. Keiri drach. x.

alij legunt vnc. x. quod melius. *Ingr. vij.*

*Bdellium, & Sagapenum aqua Rutæ agrestis dissoluan-
tur. Et fiat Vng. quod potius Emplastrum vocarē.*

*Vnguentum ex Matresilua Carpi,
sive Periclymeno.*

℞. Terebinthinæ,

Resinæ Pini,

Ceræ flauæ ana vnc. iij.

Olei Rosati vnc. viij.

Gummi Elemi vnc. ij.

Betonicæ,

Matrisilux, i. Periclymeni Diosc. ana vnc. iij.

Bulliant omnia simul, & Gummi Oleo dissolua-

H h 2 tur,

428 De vera Meth. Pharm. par.

tur, sed prius Betonica, & Materfilux Vini conuenienti quantitate per diem macerentur, ad Vini consumptionem; deinde colentur, & exprimantur, iterum liquefiant, cui Gummi admisceatur, quibus adde

Mastiches,

Thuris ana vnc. j.

Incred. x.

Quæ per se læuigentur.

Ceratum Oxicroceum Nicolai Prapofiti.

℞. Croci,

Picis Naualis,

Colophonix, i. Picis Græcæ,

Ceræ ana vnc. iiij.

Terebinthinæ,

Chalbani,

Ammoniaci,

Myrrhæ,

Thuris,

Mastiches ana vnc. j. β.

Aceti parum.

Incred. xj.

Macerentur Chalbani, & Ammoniacum acerrimo Aceto, & feruenti, postea liquentur, & colentur, & leuiter coquantur, vt superflua humiditas Aceti quoquomodo absumatur, quibus adde Picem Colophoniam, Ceram, & Terebinthinam semper agitando, quibus inspergatur tenuissimus puluis Mastiches, & aliorum, coctum in aquam frigidam

gidam immergatur, & manibus agitetur, & commoueat diligeriter immiscendo illi Crocum accuratè læuigatum. Nicol. Nonnulli, quod quidem ridiculum existit, Crocum in structura huius Emplastri non ponunt; sed tantum partem externam leuissima Croci portione flauam reddunt.

Error aliquorum, & auaritia.

Vnguentum Viperinum Minus.

℞. Olei Viperini lib. j.

Ammoniacy,

Chalbani ana drach. iij.

Olei è Ligno Sancto dr. ij.

Ceræ vnc. iij.

Incred. vij.

Gummi Aceto dissoluantur, Oleo, & Ceræ simul liquatis admisceantur, & tandem Oleum Ligni Sancti addatur, ab igne vase prius remoto: si tenacius desideretur, sint Ceræ vnciæ septem, aut octo.

Vnguentum Viperinum Maius.

℞. Olei Viperini lib. j.

Radicum Cucum. agrestis subtr. pul. vnc. j. β.

Chalbani,

Ammoniacy ana dr. iij.

Pingued. Viperæ,

Oleum de Ligno Sancto ana dr. ij.

Terebinthinæ vnc. j.

Ceræ vnc. iij.

Incred. viij.

Misce, vt est artis.

Vnguentum

Vnguentum Philagrios à Mes. descriptum.

℞. Ceræ vnc. iij.

Oesyphi,

Succi Rutę agrestis ana vnc. ij.

Euphorbij,

Piperis,

Ammoniacy,

Crocij,

Thuris,

Castorei,

Glutinis Alimbac, idest Terebinthinæ,

Opoponacis ana dr. ij.

Sigia, idest Styracis liquidi, vel puræ Myrrhæ
drach. ij. β.

Olei q. s.

Ingred. xij.

Confice, vt est artis.

*Ceratum Oesyphi ex Philagrio Mes. relatore,
quod est in vsu.*

℞. Croci drach. v.

Bdellij,

Mastiches,

Ammoniacy,

Aloes,

Styracis liquidi ana drac. vij.

Cere flauæ lib. j.

Terebinthinæ vnc. j. β.

Medullæ

Medullæ cruris Vaccini,
Adipis Anserini ana drac. xv.
Oesypil. j. β.
Olei Nardini q. s. *Ingred. xiiij.*

Bdellium, Aloe, & Ammoniacum dissoluantur
in decocto Fenugræci, & Chamæmeli, & cum alijs
misceantur in Vnguentum.

*Unguentum Cyclaminis Magnum, vel de
Arthanita relatum ad Alexandrum,
à Mesue descriptum.*

℞. Succu Cyclaminis, scilicet Panis Porcini à vul-
go lib. iij.

Succu Cucumeris agresti lib. j.

Olei Irini lib. ij.

Butyri Vaccini lib. j.

Pulpe Colocynthidos vnc. iiij.

Polypodii vnc. vj.

Euphorbii vnc. β.

Hæc tria sicca tere, & macera dies octo Succis,
& Oleis in vase vitreo, angusti oris benè obstructo:
postea semel feruefac, & cola: deinde adde

Sagapeni,

Myrrhæ ana aur. ij.

Prius tamen hæc duo Aceto dissoluantur, quan-
to est opus, coque mouendo ad Succorum propè
consumptionem: tunc adde

Ceræ vnc. v.

Fellis

432 De vera Meth. Pharm. par.

Fellis Vaccini aur. v.

Feruefac simul, donec Cera liquetur, tunc paulatim insperge puluerem hunc

Scammonii,

Aloes,

Mezerei, idest Chamelex,

Colocynthidos,

Turpethi ana aur. v.

Euphorbii aur. ij.

Salis Gemmæ aur. iij.

Piperis longi,

Zingiberis,

Chamæmeli ana aur. ij.

Incred. xxj.

Error aliquorum.

Misce diligenter. Sint tamen hæc accuratè trita, & vt plurimùm solitaria. Viderur nonnullis Mes. circa tempus Gummi decoquendi, erratum commisisse, cum in Succis, atque Oleis illa ebullire decernat; nam manifestum est Oleis non admisceri synceris; quod quidem ridiculum, sicut ab experientia patet, existit: cum illis superinfundatur Cera, quæ in causa est, vt omnia in vnum cogantur, si sedulo agentur; etiam si faciliùs, si post Ceram Gummi addantur, vt omnes decernunt. At Mes. doctissimus Medicus, & peritissimus Pharmacopæus magis hoc in Emplastro respexit nobilitatem actionis medicamenti, quàm faciliorem modum vniendi Simplicia; qualitates enim, ac vires Gummi Succis illis diffusæ vigorosiùs Oleo communicantur, quàm si post Ceram illa admiscerentur. Quoniam vti-

tur

tur Mes. Aurei pondere, non est ignorandum aureum pendere drachmam vnam, & grana sex, aut octo.

TERTIVM GENVS EST

De illis, quæ Mucagines, Gummi, Ceram, Oleum, interdum Resinam, et Trita recipiunt. Cap. V.

Mucagines diligenter parentur maceratis aqua calida tempore conuenienti Simplicibus, & adhuc calidæ colo laxo traiciantur; deinde bulliant solitaria ad debitam cocturam, sed melius erit hoc evaporando agere; cum Oleo ferueant, vsquequo bullulæ ex maioribus parua, & crebra fiant; Gummi dissoluta addantur post Ceram, Resinam, Seuû, & similia, & postremò ab igne vase ablato Trita diligenter creta illis admisceantur. Semper autem si Litar gyrum Vnguentum recipiat, cum Oleo ante alia ad crassitiem coquatur, nisi pauca admodum fuerit eius quantitas.

Emplastrum ex Pelle Arietina ad Rupturam Arnoldi Villano. quod pro Crepatis dicunt.

℞. Lapidis Hæmatitis,
Lithargyri,
Sanguinis Draconis,
Boli Armeniana drach. β.

Iii Masti-

434 De vera Meth. Pharm. par.

Mastiches,
 Ammoniacy,
 Mumia,
 Chalbani,
 Thuris,
 Costi,
 Lumbricorum ana drach. β.
 Picis Nigræ,
 Græcæ, idest Colophonix,
 Cera Albæ,
 Rubræ ana vnc. j.
 Gallarum,
 Ballaustiorum,
 Aristolochia rotundæ,
 Pallarum marinarum vstarum ana dr. vj.
 Radicum Consolidæ Maioris,
 Minoris,
 Medicæ,
 Rosarum Rubrarum,
 Myrrhæ,
 Aloes ana drach. iij.
 Visci Quercini,
 Terebinthinæ ana vnc. ij.
 Sanguinis humani, optimi, & hominis ruffi
 vnc. ix.
 Pellem Arietinam, aut Hedinam nu. j.
 Aquæ quantitatē sufficientem. *Incred. xxxi.*

Pellem illam integram vnâ cum pilis coquere o-
 portet, donec omnino decocta in lentorem abeat,
 Deco-

Decoctum feruens coletur, cuius Decocti libra vna sumatur, cui adde Viscum, bulliant simul agitando, adde Ceram, Pices, Vermes, Mastichem, & Myrrham, necnon etiam Chalbanum, & Ammoniacum Aceto macerata, & denique cetera curiosè trita. Hæc Arnol. Aliqui primò liquant liquabilia, quibus addunt Gummi Aceto dissoluta, & Viscū, & vnà cum Tritis paulatim Decoctum viscidum pellis iniijciendo ad iustā crassitiē ebullire omnia faciunt.

Vnguentum de Althea Nicolai Mirepsij.

℞. Radicum Altheæ lib. iij.

Sem. Lini,

Fenugræci ana lib. ij.

Scillæ lib. j.

Aquæ lib. xiiij.

Incidentur Radices, & contundantur, sic & Semina, & Folia Scillæ frangantur, & macerentur per tres dies in aqua illa feruenti, deinde bulliant vique quo crassescat aqua, quæ colo raro, dum adhuc calida existit, traiciatur; huius recipe lib. iij. aut iij.

Olei communis lib. viij.

Coquantur ad crassitiem, his admisceantur

Ceræ flauæ,

Resinæ Pini,

Colophonjæ, i. Picis Græcæ ana lib. j.

Terebinthinæ,

Chalbani,

Gummi Hederæ ana vnc. iij.

Incred. xij.

Iii 2

Chal-

436 De vera Meth. Pharm. par.

Chalbanum aut Vino, aut Decocto illo dissoluatur, Gummi Hederæ tritetur, quæ postremò ab igne vase sublato ceteris addantur.

Vnguentum Pectorale cum Mucagine.

Rx. Olei Violacei vnc. vj.

Amygdal. dul. vnc. iiij.

Butyri Vaccini recentis vnc. v.

Olei Chamæmel.

Liliorum alb. ana vnc. iiij.

Ceræ albæ vnc. iiij.

Mucaginis Sem. Cydoniorum aqua Violarum paratæ,

Fenugræci,

Tragacanthi ana vnc. ij.

Ireos triti vnc. j.

Croci drach. j.

Fiat Vnguentum, vt est artis.

Incred. xj.

QVARTVM GENVS EST

De illis, quæ Cera, Oleo, Mucagine, Lithargyro, alijs Metallicis, Gummi, et Tritis conficiuntur, at non semper his omnibus simul. Cap. VI.

Oleum, & Lithargyrum (prius in mortario pistillo agitata interdum) placidè bulliant, donec crassescant, semper spatha agitando, ne ima vasis Lithargy-

thargyrum, vel aliud simile petat; Lithargyro, & Oleo aliqua portio aquæ addatur; vt facilius lique-
 scar, & album fiat Vnguentum. Ab igne vas remo-
 ueatur, & Mucagines affundantur per se prius eua-
 porando parùm coctæ bulliant ad iustam craffitiē.
 Vel, quod tamen non est in vsu, Mucagines cum
 Oleo coquantur ad debitam humiditatis exhalatio-
 nem, quibus Lithargyrum paulatim inspergatur.
 At si præter hæc Gummi recipiat, illa macerata
 addantur post Ceram, Seuum, Terebinthinam,
 Resinam; & denique trita, & tenui incerniculo
 transmissa, inter quæ Farinæ etiam locantur. At si
 fortè fortuna, quod sæpe contingit, ex varijs Me-
 tallicis Emplastrum componatur, in illis inijcien-
 dis ille seruetur ordo, quem infra ante oculos pone-
 mus impulsus tamen à placitis, & Galeni, & Pauli;
 horum enim quædam inchoante structura ponun-
 tur: quædam medio tempore: & nonnulla cum ad
 vltimam coctionem deueniunt pro diuersitate co-
 lorum vt plurimum assequenda, necnon etiam in-
 terdum facultatis. Lithargyrum ebullire cum Oleo
 decreuit Orib. 3. Synop. sic: *Prius Oleum calefacere
 oportet, deinde Lithargyrum illi commiscere, & etiam aquam
 simul lento igne, sedulo agitando rudicula, vt 2. per gene-
 ra, cap. 9. Cum aqua enim citius liquefcit, sicuti per
 genera 1. cap. 18. & albescit. Sic & Cels. Bulliant do-
 nec in vnum coeant imperante Galeno pluribus in
 locis, & Crito ipso referente lib. 4. per genera, cap. 6.
 hæc: Spumam Argenti, & Oleum coquito, donec aliquate-
 nus coierint, vel satis durum euadat Emplastrum, vt Da-
 mocra-*

mocrates 6. per genera, cap. 12. vel vsquequo crassescat, sicuti Mes. Tépore, quo decoquitur Lithargyrum, & Oleum, imponantur & Squamma Æris, & Cerusa, vt 1. per genera, c. 13. Sic & Colchotar, sicuti Mes. Post quæ Mucagines adhuc calentes colo transmissæ, & parùm coctæ affundantur, permisceantur, & igni coquantur ad iustam crassitiem. Hæc Mes. Prius tamen ablato igne frigescant; quæ Mucagines paulatim iniiciantur, & placidè bulliât iubente Oribas. Hunc modum seruauit etiam Auienna lib. 5. Ser. 1. Tr. 2. At Paul. lib. 7. cap. 17. hæc: *Althea, Lini semen, & Fenugræci decoquantur, postea Succī (idest Mucagines) exprimantur, deinde Oleo immisceantur, & coquantur, post hæc Argenti spuma in tenuissimum pollinem detrita inspergitur; quod fortè didicit à Democrate lib. 2. per genera, c. 10. qui sic cecinit:*

Habeto succum, expresserisq. linteo

Oleo immiscens totum coque carbonibus,

Cum verò tenues bullulæ ex maioribus

Crebræ contentis cacabo prodiuerint

Lithargyrum leuem protinus aspergito.

Sed ab experientia patet facilius primo modo hæc genera Pharmacorum parari; Lithargyrum enim cum Oleo expeditius decoquitur, & crassescit; Postea si Gummi, Ceram, & Trita recipiat, agantur illa, quæ superiori capite narrauimus. Sed quoniam non rarò vnum, & idem medicamentum multa Metallica, & Lapides, & Conchylia exquirat, narrandum est tempus, quo vnumquodque eorum iniicere in illa Seplasiarius debeat, etiamsi, vt litteris

ris

ris tradidit Gal. 4. per genera, c. 6. Hæc omnia longa coctione indigeant, ut eorum acrimonia obtundatur, cuius verba: *Ærugo, Chalcitis, Squamma, & huiusmodi coctione obtundi desiderant.* Atramentum non raro ob colorem, qui in tali Cerato desideratur; postremo alijs aliqua eorum immiscentur; aliqua incipiente coctione; & aliqua media coctione: etiam si arbitrandum est pro varietate talium temporum Decoctionis diuersas quoque Pharmacum sortiri operationes. Ordo à Paulo Ægineta lib. 7. cap. 6. describitur, & ab Oribasio lib. 2. Synop. ex Antylo his verbis:

Lithargyrum cum Oleo decoquatur, modus decoctionis cum à tumore subsidet, & manus non inquinat. Cerusa, si Emplastrum nigrum in principio. Ærugo in aliquibus in principio. Ita etiam hæc decreuit Gal. 1. per genera, c. 4. & 18. At si colorem albū desideras, Cerusam in fine.

Atramentum Sutorium in media coctione, ut Emplastrum nigrum efficiat, sic & Plumbumustum, sic Ærugo in Melinis Emplastris. Alumen secundum coctionem additur. Sal, & Nitrum sic, sicut etiam Sori, & Diphryges, & Æs crematum, & Æris flos, & Chalcitis. Hoc pacto etiam Gal. admiscet, ut 4. per genera, & 1. per genera, 18.

Mysi postremo additur, sic Auripigmentum, & Sandaraca. Cerusa in alba Emplastra, sic enim colorem seruat. Sic Ærugo post coctionem in viridibus, Minium, Cadmia, & Pompholix in fine, sic & Sulphur, Emplastra nigrescit. Terram omnem, & Lapides plerumque ad coctionis finem, ite Pumicem, & Conchyliia inijcimus. Quæ Galenus nos docuit 1. per genera, cap. 18. & 22. & Salem, & Nitrum,

trum, vt eodem lib. scribitur, tali tempore addere statuit.

*Emplastrum Diachylon Magnum Mesue,
et Exercitatio circa ipsum, quod
laudatur à nobis.*

℞. Lithargyri triti, & creti lib. j.
Olei Irini,
Chamæmelini,
Anethini ana vnc. viij.
Mucaginis Ficuum pinguium,
Vuarum passarum,
Sem. Lini,
Fenugræci,
Glutinis Alzanach, idest Visci, vel
Gummi Hederæ,
Succi Ireos,
Scillæ,
Oesypi ana drac. xij. β.
Terebinthinę vnc. iij.
Resinæ Pini,
Ceræ flauæ ana vnc. ij. *Ingr. xv.*

Lithargyrum, & Olea diu, & multum in mortario lapideo pistillo ferreo subigantur, & misceantur, post igni lento coque spatha semper agitando, donec liquetur Lithargyrum, & crassescat, exime igni, paulatim frigescat, postea his Succos (.i. Mucagines) per se parum coctos affunde, permisce, & recoque,

recoque, & denique adde Ceram, Terebinthinam,
& Resinam. Mes. Arbitror ego Oesipum cum his ad
miscendam esse. At si Gummi addenda veniunt, vt
Bdellium, Ammoniacum, & Serapinum, Aceto
prius macerentur, sit vniuscuiusque vncia vna, vt
Recentioribus placet, admisceatur ceteris parū post
Terebinthinam, & Ceram sedulò agitando. Non
pauci Mes. tamen impulsore, vt in prima descriptio
ne scribitur, post omnia vnciam vnā Ireos subti-
lissimè triti pro qualibet Cerati libra imponunt.
Quis Seplasiarum ante coctionem Lithargyrum,
& Olea diu, & multū in mortario exagitat: Alza-
nach cum illis, quibus sit Mucago, imponatur.

Error Se-
plasiar.

Emplastrum Diachylon Mesue.

℞. Mucaginis Sem. Fēnugræci,

Sem. Lini,

Rad. Altheæ ana lib. j.

Lithargyri Plumbo, & Scoria purgati, & tenuis-
simè triti lib. j. β.

Olei antiqui, clari lib. iij. *Ingred. v.*

Fiat Emplastrum, vt diximus, præstantius erit, si loco
Olei communis Irinum, & Chamæmelinum acceperis. Mes.
Expurgatur Lithargyrum Plumbo, & Scoria ablu-
tione.

Lithargyrū
expurgatur
plumbo, &
Scoria ablu-
tione.

Emplastrum Diachylon Paruum Mes.

℞. Litargyri vnc. vj.

K k k

Olei

442 De vera Meth. Pharm. par.

Olei veteris, clari lib. j.
 Mucaginis Psyllii vnc. iiii.
 Mucag. Sem. Hyoscyami vnc. β.
 Mucag. Sem. Lini, & Radicis Maluæ ana vn-
 cias ij. *Ingred. xvj.*
 Conficiatur, vt est artis.

Emplastrum ex Dictamno, quod Sacrum dicunt.
Gal. lib. 5. per genera, cap. 7. ex Hera, et
modus parandi diligentissimus.

℞ Olei veteris heminas duas, s. vnc. xv.
 Argenti spumæ, i. Lithargyri Argen. drach. c.
 Æruginis Æris drach. viij.
 Squamæ Æris drach. vj.
 Colophonix liquidæ, i. Picis drach. l.
 Mannæ, s. Thuris drach. xij.
 Guttæ Ammoniacy drach. xvj.
 Æris combusti drach. viij.
 Diphrygis, loco eius Marchesitæ vstæ,
 Gentianæ ana drach. vj.
 Aloes drach. viij.
 Chalbani drach. xij.
 Aristolochiæ,
 Dictamni ana drac. xx.
 Propolis, eius loco Ladani drach. viij.
 Ceræ drach. xxv.
 Aceti q. s. *Ingred. xvij.*
 Argenti spumam, & Oleum in olla magna su-
 pra prunas incoquito, vt ferè non inquinet; deinde
 caca-

cacabum deponens Æruginem indito, Squamamq. & coquito ne inficiat; postea rursus auferens Resinam, & Ammoniacū iniice cribrata, (Aceto prius dissoluta) mouens donec feruere desinat: Mox cum reposueris, paululumq. dimiseris, tollito, atque Æs, Diphrygemq. inspergito; rursus coquens quoad nō inquinet; interdum enim iis iniectis remittitur: Postea deponens, Ceram addito; iterum coquito, vsque dum non polluat, quod celeriter accidit. Dein cum deposueris, Propolim immittes, ac reponeus denuò paulisperq. fines, cum depones, addes Aloen, Mannam, Dictamnū, Aristolochiam, & Gentianam, his abundè refrigeratis, singula læuissima insperges mouens, si non inficiat, tolles, si minus leni igne coques. Hæc Gal. in parandis Medicamentis peritissimus. Quis enim potest maiori sedulitate hoc Emplastrum conficere? Hæc omnia etiam cecinit accuratè Damocrates. Propolis est Cerosa quædam natura, Mastiches more ductilis, quæ in Alueariū foribus teste Dioscoride inuenitur. Quis Seplasia hanc imponit? & quis hoc modo cōponit?

Propolis
quid.

Error mul-
torū ne di-
cā omniū.

*Ceratum Isis, siue Epigoni ab Hera descriptum
relatore Galeno lib. 5. per genera, c. 2.
et ab ipso auctum.*

℞. Cerae drach. c.
Terebinthinæ drach. cc.
Squamæ Æris rubri,
Æruginis Æris ana drac. viij.

Kkk 2 Ari-

Aristolochiæ rotundæ,
 Dracunculi, idest Serpentariæ,
 Thuris,
 Salis Ammoniaci,
 Guttæ Ammoniaci,
 Aeris vsti ana drach. viij.
 Aluminis combusti drach. vi.
 Myrrhæ,
 Aloes,
 Chalbani ana drach. xij.
 Olei veteris heminam j. f. vnc. vij. β.
 Aceti acris hemin. ij. f. vnc. xvj. β. *Ingréd. xvj.*

Error mul-
 torum.

Quæ liquari possunt, siccis in mortarium super-
 infundantur: Chalbani Aceto cum aliis in pila
 elaborans, atque ita admiscens ea liquabilibus, de-
 inde medicamentum manibus plurimum emollic-
 bat attingens Acetum quam acerrimum, postea in
 vase cereo reponebat. Hæc Gal. Quis hanc metho-
 dum seruat? nemo reuera.

*Emplastrum Barbarum Magnum à Galeno
 descriptum 2. Med. per genera, c. 22.*

℞. Picis lib. viij.
 Cera lib. vj. & vnc. viij.
 Resinæ Pini lib. v. & vnc. iiij.
 Bituminis, vel Asphalti Officinarum lib. iiij.
 Olei lib. j. & vnc. vj.
 Argenti spumæ, i. Lithargyri Argētei dr. xxiiij.
 Cerusæ,

Cerusæ,

Æruginis Æris ana dr. xxiiij.

Thuris lib. β.

Aluminis Liquidi, eius loco Rochæ drac. xij.

Sciſſilis vnc. iiij.

Opoponacis,

Chalbani,

Squamæ Æris ana dr. xij.

Aloes,

Opii,

Myrrhæ ana drach. iiij.

Terebinthinæ vnc. xxiiij.

Succi Mandragoræ drach. vj.

Aceti heminas vj. f. lib. iiij. vnc. j. β. *Ingr. xx.*

Quæ liquari possunt, ac dissolui siccis in mortario Aceto acri leuigatis affundantur. Hęc Gal. Priùs vt Heras, incoquantur Cera, Pix, Bitumen, Resina, & Oleum, donec liqueſcant: deinde reliqua ex Aceto trita admisceantur, & his ablatis ab igne (f. cum cocta fuerint) & refrigeratis, parum Aceti instilletur. Vel Oleum, & Lithargyrum bulliant ad lentorem, quibus, vt est artis, cetera addantur.

Emplaſtrum Barbarum Paruum Galeni
eodem loco.

℞. Picis,

Cera,

Resinæ ana lib. j.

Resinæ

Resinæ coctæ,
 Bituminis, idest Asphalti ana lib. j.
 Argenti spumæ, idest Lithargyri Argenti dr. x.
 Cerusæ,
 Æruginis Æris ana drach. v.
 Opoponacis drach. iij.
 Olei Hieme vnc. ix. Æstate vj.
 Aceti q. s. *Ingr. xj.*
 Conficiatur modo supradicto. Hęc Gal.

*Vnguentum Magnum Cerascos Mesue,
 et parandi modus.*

R̄. Ammoniacy vnc. j.
 Bdellij
 Thuris masculi,
 Aristolochiæ,
 Sarcacollæ ana dr. v.
 Myrrhæ,
 Chalbani ana vnc. β.
 Lithargyri drach. xv.
 Aloes,
 Opoponacis ana drach. ij. β.
 Æruginis drach. iij.
 Resinæ drach. xiiij.
 Ceræ albæ vnc. ij.
 Olei q. s. *Ingr. xiiij.*

Lithargyros terenda, & cum Oleo coquenda, do
 nec crassescat, tunc depone ab igne, & dum mo-
 dicè

dicè refrixerit misce Ammoniacum, & Bdellium Aceto dissoluta, redde igni, coque ad crassitiem, tunc reliqua adde. Mes.

Unguentum Diapompholygos, seu de Thutia Nicolai Alexandrini.

Rx. Olei Rosati vnc. x.
Cerae albæ vnc. v.
Cerusæ lotæ vnc. iiij.
Plumbi adusti, & loti,
Thutiæ præparatæ, loco Cadmiæ ana vnc. ij.
Thuris vnc. j.
Succi Solani vnc. viij. *Incred. viij.*

Fiat Vnguentum, vt est artis. Plumbum ponatur in media coctione.

Vnguentum de Calce Ioannis à Vigo, quod à nobis laudatur.

Rx. Calcis nouies ablutæ, & læuigatæ vnc. ij.
Lithargyri Aurei, *seu de Sordice*
Argentei ana vnc. iiij.
Cerusæ vnc. ij.
Thutiæ drach. ij.
Seui Virulini vnc. vj.
Olei Rosati Compl. lib. j. β .
Omphacini lib. β .
Succi Plantaginis vnc. iiij.

Succi

448. De vera Meth. Pharm. par.

Succi Solani,
Lactucæ ana vnc. iiij.
Succi, Olea, & Seuum bulliant ad Succorum ex-
halationem, colentur, & adde
Cera albæ vnc. vj.
Vnguenti Rosati vnc. iiij. *Ingred. xij.*

Iterum bulliant vnica ebullitione, ab igne remo-
ueantur, & Trita curiosè addantur. Lithargyrum
potest admisceri Succis, Oleis, & Seuo.

Ceratum de Plumbo.

Rx. Plumbi adusti, & lori,
Lithargyri ana vnc. j.
Antimonii, s. Stibii à Græcis dicti,
Cera albæ ana vnc. β.
Olei Rosati vnc. iiij.
Cera albæ,
Terebinthinæ ana vnc. j. *Ingred. vj.*
Fiat Ceratum, vt est artis.

Ceratum de Sandice, seu Minio Ioannis à Vigo.

Rx. Olei Rosati Completi lib. j. β.
Olei Myrtini,
Vnguenti Populeonis ana vnc. iiij.
Axungia Gallinæ vnc. ij.
Seui Vaccini,
Hircini ana lib. β.
Axungia

Axungie Porcinę vnc.vij.

Lithargyri Argentei, & Aurei ana vnc.iiij.ß.

Cerufæ vnc.iiij.

Terebinthinæ vnc.vj.

Minii vnc.iiij.

Ceræ q. s.

Incred. xiiij.

Olea bulliant cum Lithargyro ad crassitiem; addantur postea pinguis, atque Cera; remoueantur ab igne, & Cerusa, & Minium iis diligenter admisceantur.

Unguentum Emolliens, vel Mollitium, quod etiam Vnguentum de Mucagine dicitur, et Exercitatio.

Rx. Mucaginis Althææ,

Fenugræci,

Sem. Lini ana vnc.vj.

Lithargyri lib.ij.

Terebinthinæ,

Medullæ Vaccinæ ana vnc.iiij.

Ceræ vnc.vj.

Olei Nucum lib.ij.ß.

Ireoslæuigati vnc. iiij.

Incred. ix.

Oleum & Lithargyrum simul bulliant ad quandam lentorem cum Medulla; postea addantur Mucagines, & semper leuiter permiscendo coquantur; deinde illis admisceantur Terebinthina, & Ce

Lll ra,

450 De vera Meth. Pharm. par.

ra, & tandem Ireos. Hoc euadet Ceratum, si Lithargyrum diu coquatur, aut maior copia Cerae addatur.

*Ceratum, quod Sparadrapum dicitur à
Ioanne à Vigo lib. 5.*

℞. Vnguenti Populeonis lib. β.

Vnguenti Rosati vnc. iij.

Olei Rosati lib. j. β.

Pinguedinis Vitulinæ vnc. viij.

Porcinæ vnc. ij. β.

Succi Plantaginis

Solani ana vnc. iij.

Bulliant omnia ad Succorum consumptionem,
colentur; colato adde

Cerula lotæ vnc. vj.

Lithargyri Aurei, & Argentei ana vnc. ij.

Minii, idest Sandicis,

Terræ Sigillatæ ana drach. x.

Iterum bulliant baculo agitando, donec nigrescat; quo facto addatur Cera quantitas sufficiens,
vt sunt vnciæ quinque, &

Caphuræ læuigatæ drach. j. *Ingrid. xiiij.*

Fiat Sparadrapum, vel Caphura Oleo dissoluatur. Multi neglecta Autoris descriptione variè hoc parant, eius nomine tamen decoratum.

Aliud

*Aliud Sparadrapum Ioannis à Vigo, quod
magis à nobis probatur.*

℞. Olei Myrtini,

Rosati Omphacini ana vnc. ij.

Vnguenti Populei vnc. ij. β.

Pinguedinis Vitulinæ,

Vaccinæ ana lib. β.

Axungię Porcinæ vnc. ij.

Foliorum Solani, idest Solatri,

Plantaginis,

Matrisfiluæ, i. Periclimeni ana M. ij.

Succi Granatorum vnc. viij.

Herbæ terantur, & aliis immisceantur, & mace-
rentur horis vigintiquattuor; bulliant postea ad
Succi exhalationem, colentur, & exprimantur; co-
lato adde

Lithargyri Aurei,

Argentei ana vnc. iiij.

Minii drach. x.

Boli Armeni,

Terræ Sigillatæ ana drach. vj.

Terebinthinæ vnc. iiij.

Ceræ q. s.

Caphuræ drach. ij.

Misce, & coque, vt est artis: & fiat Ceratum.
Possumus primò addere Lithargyrum, deinde Mi-
nium, & tandem Caphuram aliqua Olei Rosati por-
tione leuigatam, aut solitariè tritam.

Lll 2

Vnguen-

*Vnguentum Apostolicum, quod appellatur de
Venere, descriptum ab Auicen. lib. 5.*

Ser. 1. Tract. 40.

℞. Terebinthinæ,
Ceræ albæ,
Resinæ ana drach. xiiij.
Opoponacis,
Floris Æris ana drach. ij.
Ammoniacy drach. xiiij.
Aristolochiæ longæ,
Thuris masculinæ ana drach. vj.
Myrrhæ,
Chalbani ana drach. iij.
Bdellii drach. vj.
Lithargyri drach. ix.
Olei communis lib. ij. Hieme verò lib. iij.
Aceti q. s. ad infundendum Gummi. *Ingr. xiiij.*

Error ali-
quorum.

Fiat Vnguentum. Aliqui præter rationem loco
floris Æris, viride Æris imponunt, ignorantes quod-
nam discrimen inter hæc adinueniatur, aut arbitra-
res idem esse viride cum flore, qua in re omnino de-
cipiuntur, ut apud omnes Scriptores celebres vide-
re licet.

Ceratum, quod dicitur à vulgo Gratia Dei.

℞. Ammoniacy vnc. ij. & drach. ij.

Chal-

Chalbani,

Bdellii,

Opoponacis,

Myrrhæ,

Thuris,

Mastiches,

Aristolochiæ longæ,

Viridis Æris ana vnc. j.

Magnetis, idest Calamitæ,

Lap. Hemathytis ana drac. iiij.

Lithargyri,

Olei communis ana lib. j. β.

Ceræ flauæ vnc. vj.

Terebinthinæ vnc. vj.

Olei Abietini drach. iiij.

Ingred. x-vij.

In puluerem redigantur arida; Gummi macerentur aceto; Lithargyrum, & Oleum simul bulliant ad crassitiem Vnguenti; Cera, Terebinthina, & Oleum Abietinum illis misceantur, bulliant semper agitando; deinde addantur viride Æris, Aristolochia, & Lapides, vase prius ab igne

sublato: & tandem Mastiche,

Myrrha, & Thus. Si

liquidum de-

fide-

ratur, minus bulliat Lithar-

gyrum cum O-

leo.

QVIN-

QVINTVM GENVS EST

De Illis, quæ nec Ceram, nec Resinam, nec similia, sed aut Mel, aut Sapam, aut Acetum, aut Lixiuum, aut Miuam, aut Decoctũ, aut Oleum, vel Pingue, et Trita, inter quæ interdũ et Metallica existunt, in eorum structura, et unione admittunt. Cap. VII.

Solent Recentiores illa, quæ Cerā non recipiunt, nec simile aliquod, Emplastra vocare, maximè si Herbas decoctas, Radices, aut Cœpas contusas, & Farinas recipiant, aut alia Simplicia omnino detrita, & subtilem in puluerem deducta, quæ Vino, aut Lixiuo, aut Decocto, aut Axungia, & Oleo vt plurimum excipiuntur, etiam si interdum, aut Succis, aliove Liquore.

Vt plurimum imponunt Tritorum vncias tres, aut quattuor pro singula Liquoris, aut Olei libra, quod non fuit à Melse seruatum, qui ferè semper neglecto Liquoris, aut Olei pondere, conficit illa quantitate sufficienti ad Trita excipienda: horum enim aliqua magnam humoris copiam absorbent, & aliqua minimam.

Sint Simplicia, quibus conficiuntur, si viridia diligenter cocta, & curiosè contusa, & per cribrum rarum traiecta; si arida diligentissimè trita, & subtili incerniculo transmissa, quæ omnia accuratè misceantur Liquore, aut Oleo calido existente.

Empla-

Emplastrum de Baccis Lauri Mes.

℞. Thuris,
 Mastiches,
 Myrrhæ ana vnc. j.
 Baccarum Lauri sine cortice vnc. ij.
 Cyperi,
 Costi ana vnc. β. *Ingred. viij.*
 Mellis colati quantum ad ea vnienda sufficit.

Emplastrum è Crusta Panis Montagnana.

℞. Mastiches,
 Menthæ,
 Spodij,
 Coralli Rubri,
 Santal. Rubr.
 Alborum,
 Flauorum ana drac. j.
 Crustæ Panis torrefactæ, & albo Aceto per horę
 dimidium maceratę vnc. ij.
 Olei Mastichini,
 Olei de Cydonio ana vnc. j. *Ingred. xij.*

Farinę Hordei q. s. vt vnc. j. ad illa excipienda sine igne.

Primò teratur in mortario crusta Panis, cui Olea admisceantur; deinde Pulueres, & Farina. Paretur, cum occasio postulabit; paucò enim tempore incontaminatum seruatur.

Empla.

Emplastrum è Gallia Mesue, et parandi modus.

℞. Gallix Moschata,
 Schænuanthus ana dr. j. β.
 Ramich, i. Trochisci Ramich,
 Sumach,
 Acacia,
 Hypocystidos,
 Ladani,
 Gallarum non perforatarum,
 Calami Aromat. in eius def. Angelicæ,
 Rosarum,
 Sem. carum,
 Santal. Alborum,
 Rubrorum,
 Mastiches,
 Xyloaloes,
 Caryophyl.
 Spicæ Nardi,
 Thuris,
 Costi, eius loco Zedoariæ,
 Myrrhæ,
 Cyperi,
 Absinthij ana drach. ij.
 Terantur accuratè omnia; deinde adde
 Panis biscocti drach. iij.
 Dactylos siccos nu. xij.
 Vigintiquattuor horis macerentur in Succo
 Folio-

Foliorum Myrti,

Lauri,

Aquæ Rosarum,

Vini austeri ana vnc. j. β.

Ingr. xxx.

Hęc læuiga, & excipe Miux Aromatizata vnciis tribus, vel quattuor, & additis drach. septem Gummi Arabici coquantur igni lento ad Mellis crassitudinem, quibus in mortario diu permisce puluerem, donec torum fiat viscosum. Tempore vtendi suffitur ligno Aloes panno illitum. Mes. Hoc solùm recipit Gummi inter hæc.

Emplastrum Sinapinum, vel Sinapismum, vt aliqui, Democriti à Mes. descriptum.

℞. Sinapi,

Ficuum pinguium ana partes æquales. *Ingr. iiij.*

Sinapi tritum Aceto diu miscendum cum Ficuum illa quantitate Aqua calida vigintiquattuor horis maceratarum, & postea expressarum, vt nihil in eis humiditatis aquæ sit reliquum. Si valentiùs vis, duplum Sinapi misceto. Mes.

Unguentum è Semperuino.

℞. Olei Violacei,

Rosacei ana vnc. ij.

Pinguedinis Anserini drach. xij.

Succi Semperuiui vnc. vj.

Croci script. ij.

Ingr. vj.

M m m

Bul-

458 De vera Meth. Pharm. par.

Bulliant ad Succī exhalationem, remoueat̃ ab igne, & Crocus læuigatus addatur.

Unguentum ex Cerusa Mesue.

R̃x. Cerusæ,
Merdasengi, i. Lithargyri ana vnc. vj.
Plumbi vlti,
Scoriæ Argenti ana drach. iij.
Mastiches,
Thuris ana drach. ij. β.
Olei Rosati,
Aceti albi ana quantum sufficit. *Ingr. viij.*

Tritis omnibus in mortario affunde paulatim nunc Oleum, nunc Acetum, semper mouendo, donec pinguescant, vt nutrita. *Mel.* Sint Metallica prius diligenter abluta, quod à Seplasiarijs non seruatur.

Error mul-
torum.

*Unguentum è Cerusa Simplex appellatum,
quod à nobis laudatur.*

R̃x. Cerusæ lotę vnc. iij.
Olei Rosati q. s. *Ingr. ij.*

Agitentur simul ad crassitiem. Vel eorum portiones æquales coquantur ad consistentiam Mellis. Aliqui hæc mortario Plumbo exagitant, sæpe irrorantes Aqua Rosacea, aut Solani succo, quod nos etiam laudamus, & sic conficiatur in futurum.

Unguen-

Vnguentum Aegyptiacum Magnum Mes.

Rx. Floris Aëris aur. v.
Mellis aur. xiiij.
Aceri acerrimi aur. vij. *Ingred. iij.*

Coque igni ad iustam crassitiem. Aliqui spernentes Mes. mandatum non florem Aëris, sed Viride imponunt, quod aduersatur Scriptoris dictis. Est aureus drachma, & grana circiter sex.

Error multorum.

*Vnguentum Aegyptiacum Ioannis à Vigo,
quod parandum venit.*

Rx. Floris Aëris,
Aluminis,
Mellis,
Aceri ana vnc. ij.
Arsenici triti drach. ij.
Sublimati drach. j. *Ingred. vj.*

Bulliant omnia, quæ tritanda veniunt, ad Vnguenti crassitiem; remoueatur ab igne, & Sublimatum addatur; coctione enim euaporat, cum ex Hydrargyro conficiatur.

*Vnguentum Tripharmacum Mes. à Gal. medic.
ex Oxeleo, et Argenti spuma dictum, i. de
comp. per genera, c. 7. hoc est in usu.*

Rx. Lithargyri triti, vt Alcohol par. j.
M m m 2 Olei

460 De vera Meth. Pharm. par.

Olei,

Aceti ana quantitatem idoneam. *Ingred. iij.*

Lithargyros Oleo vicissim, & Aceto paulatim affusis in mortario mouetur ad iustam crassitiem. At Gal. hæc: *Sit Olei, & Aceti duplo maior portio, quam Argenti spumæ, & diu coquantur.*

Tripharmacum, quod ex spuma Argenti, et Aqua, et Oleo conficitur, vel Hydreleo, à Gal. eodem loco descriptum.

Rx. Aquæ lib. ij.

Olei,

Lithargyri ana lib. j. β.

Ingred. iij.

Coquantur ex arte.

Tripharmacum Gal. quod ex Argenti spuma, et Vino, et Oleo paratur, quod Oeneleum dicitur.

Rx. Lithargyri,

Vini albi, odori,

Olei clari ana partes æquales.

Ingred. iij.

Conficiatur, vt primum.

Vnguentum vel Emplastrum ex Chalcitide confectum, quod Palmeum vocatur, à Galeno descriptum lib. 1. per genera, cap. 4. et modus parandi.

Rx. Axungia vetustæ pondo ij. scilicet lib. ij.

Olei

Olei veteris pon. iij. scilicet lib. iij.

Argenti spumæ, f. Lithargyri pon. iij. scil. lib. iij.

Chalcitidis, in eius def. Vitrioli virid. p. vnc. iij.

Palmæ ligni q. s. vel eius loco Salicis. Incred. v.

alij ponunt
Vitriolum
Albun.

Hæc ita coquere oportet. Adipis membranulæ omnes eximuntur, reliquum contunditur, ut liquari facile possit; mox ad ignem liquefiat; deinde per colum destillatur, ut purum fiat; (Custodite memoria Galeni diligentiā) cum omnia simul in mortario coicrint, coniunguntur in cacabum, ac rudicula palmæ mouentur, sufficet autem tibi ramus maiusculus (virens tamen) ut solida ligni parte mouendo utaris in modum spathe, tenelli quoque ramusculi contusi cortice prius exuto Pharmacum injiciendi, cum Medicamentum Cera to similem consistentiam habuerit; nam si à principio immitas, succus eorum, quem manere volumus, ex Decoctione consumetur. Inspergatur spathe, qua medicamentum initio mouetur, pars in cacabo intincta, postquam inaruerit, ut proprium succum non amplius seruet, amputatam reijce, reliqua utere, & sic seruato. Coquatur donec non inquinet. Gal. At Mes. Liquatis in vase stannato Oleo, & Axūgia, Chalcitidim, & Lithargyrum paulatim inspergere iubet. Sepiasarij multi, ut sui est moris, loco Chalcitidis Vitriolum imponunt auaritia ducti; quapropter rarò Chirurghi in curatione vlcerym optatum finem assequuntur. Loco ramorum Palmæ probat Mes. in secundo vnguento Cannæ radices, at aliqui Salicis ramos. Pulchrius euadet, & perfectius si aquæ communis libræ duę in principio addantur.

Error multorum.

Vnguen-

Vnguentum Rosatum Mes. et parandi via.

Rx. Axungia nouies aqua calente, & nouies frigida ablute,

Rosarum rubrarum recentiu ana par. æquales.

Succi Rosarum recentium dimidiam.

Olei Amygdal. dulc. sextam partem. *Incred. iij.*

Axungia cum Rosis teratur, quæ marcescant cum ea dies septem, funde igni lento, cola: rursus tantumdem Rosarum recentium cum ea tere, quæ dies etiam septem cum ea marcescant: funde ut prius, cola; tunc affunde Succum Rosarum, & Oleum Amygd. Coque igni lento ad Succi consumptionem, & repone. Quis est inter Seplasiarios, qui æqualem Rosarum portionem bis sumat? quis Succi Rosarum dimidium? nemo reuera, aut inter innumeros pauci, ut ipsi ore proprio pronunciant; & quis nouies aqua calida, & nouies frigida abluat Axungia?

Omniū ferè
re Sepl. er-
rores mul-
ti.

Vnguentum Populeon Nicolai Salernitani.

Rx. Gemmarum, seu Oculorum Populi arboris recentium lib. j. β.

Axungia Porcinæ mundæ lib. iij.

Foliorum Papaueris agrestis, idest nigri,

Foliorum Mandragoræ,

Summitatum tenellarum Rubi,

Foliorum Hyoscyami, f. Albi,

Solani, i. Solatri,

Lactucæ,

Violarum ana vnc. iij.

Folio-

Foliorum Umbilici Veneris,

Semperuiuæ Maioris, & Minoris,

Lappæ, idest Personatæ ana vnc. iij.

Vini Albi q. s.

Incred. xiiij.

Gemmæ Populi contundantur, Axungia misceantur, & vnâ macerentur per septem, aut quattuordecim dies; postea alię Herbæ contundantur, & illis immisceantur; rarò enim euenit, vt ceteræ Herbæ tempore Populi Oculorum sint natę; addatur omnibus idonea Vini quantitas, & simul bulliant ad humiditatis exhalationem, colentur, & exprimantur.

Unguentum è Mercurio, seu Hydrargyro.

Rx. Axungia Porcinæ vnc. viij.

Olei Chamæmel. vnc. ij.

Lithargyri vnc. iij. β.

Salis albi vnc. j.

Theriaca drach. vij.

Argenti viui vnc. iij.

Croci drach. j.

Vini albi, odori vnc. iij.

Incred. viij.

Axungia, Oleum, & Vinum igni incalescât, quibus Lithargyrû adde agitando semper, donec quomodo crassescant, postea Sal tritus, & Theriaca; ab igne remoueantur, & Crocus læuigatus inspergatur, & denique Argentum viuum salua extinctum, aut Oleo Laurino: aliqui aliqua Terebinthinę portiuncula hoc agunt.

Unguen-

464 De vera Meth. Pharm. par.

*Vnguentum ad Vermes necandos, quod è
Colocinthide appellatur.*

Rx. Succi Absinthii,
Fellis Taurini,
Succi Persicariæ, idest Hydropiperis Dioscor.
ana vnc. iij.
Colocynth. minutim incisæ vnc. j.
Aloes drach. iij.
Farinæ Lupinorum vnc. j.
Mellis lib. β. *Ingr. vñ.*

Mel, Succus, Fel, & Colocynthidos, postquam
macerata simul fuerint, bulliant ad consumptionē
Succorum, coletur, & addantur pulueres: vel loco
Mellis ponatur Oleum Absinthii, & aliquid Cerae.

Vnguenta Vlcera sanans antiqua Mesue.

Rx. Aloes,
Myrrhæ ana partes æquales.
Tere cum Succo Absinthii, Chelidonii, & Plan-
taginis ad Mellis consistentiam; administretur Co-
to, aut panno subtili. Mes. *Ingr. v.*

Empl. ex Fermento Mes. inuentore Democrito.

Rx. Fermenti,
Mellis,
Olei,
Lactis Muliebris,
Vitelli Ouorum ana æquales portiones. *Ingr. v.*
Misc.

Misce. His si Bdelliū, & Hordei farina miscetur, spinas extrahit: idq. valentiùs, si his dissoluta Chalbani pars dimidia iungatur. Fermentum quo est vetustius, eo præstantius, & est multorū Emplastrorū, & aliorum insignium remediorū materia. Mes. hæc.

*Emplastrum Andromachi Cautelicum Mesue
relatore, quod Ruptorium dicunt.*

Rx. Aquæ ardentis, s. aquæ Saponis lib. iiij.
Sem. Orizæ, scilicet Risi,
Frumenti excortic. ana vnc. viij. *Ingred. iij.*

Macera in vase vitreo benè obstructo, donec granis dissolutis totum fiat mucosum, serua; sed singulis diebus ligneo baculo moue, & obtura vas exceptum Cera pertusa, quod parti admotum tribus horis, aut eo plus cauterii vice vlcerat. Mes.

*De Plumbi lentore, seu succo à Gal. descripto
lib. 9. Simpl. qui naturam Vnguenti tenet.*

Præparato mortario, simulq. pistillo, vtrisque ex Plumbo, infunde quemlibet liquorem, itaque terito, vt & pistillus, & plumbeum mortarium succum quendā reddat: id quòd ex vtroque constabit, multò erit frigidius, quàm liquor ipse fuerat, licet autè & Vinum, & Aquam iniicere; at si etiam plus succum voles efficere refrigeratorium, Oleum sit Omphacinum, aut Rosaceum: quod si celeriter multū

N n n succum

466 De vera Meth. Pharm. par.


succum Plumbi voles colligere, conare in Sole tere-
re, aut quocumque certè modo aere calefacto: mul-
tò autem vtilissimum habebis Medicamentum, si
aduso refrigerantium succorù quopiam teras, ceu
Semperuiui, Intybi, Lactucæ, Chondryles, Psilij,
Omphacij, & Portulacæ. Porrò si qua non facilè in
succum soluantur, vt Portulaca, misceto aliorum
succorum quempiam, veluti Omphacij, qui & ip-
se per se prædicto mortario inditus Medicamen-
tum efficit refrigeratorium longè pulcherrimum.
Galen. hæc.

Emplastrum Vesicatorium dictum.

Rx. Fermenti optimi vnc. j.
Cantharid. præpar. drach. iij.
Sinapis drach. β.
Oxymelitis Scillini q. s. *Ingr. iij.*
Misce, vt est artis. Si vigorosius, addatur Euphor-
bij scriptulum vnum.

Linimentum Simplex.

Rx. Vng. de Solano,
Infrigid. Galeni,
De Cerusa Caphorati ana lib. β. *Ingr. iij.*
Agitentur tribus horis vase Plumbeo.



DE